



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

11. De Constantino Copronimo Cæsære ob illat[am] Mariæ iniuriam
borrendè castigato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

diutius esse pateretur: Accipe, inquit, frater
librum tuum, ex quo plus ego detrimenti,
quam utilitatis percepi. Cum verò rem om-
nem exposuisset, herus codicis zelo sancto suc-
census, duos illos Nestorij libros ex ipso præ-
scidit volumine, ac flammis vlticibus tradi-
dit, dicens: Non manebit in cella mea, Domi-
na nostræ sanctæ DEI genitricis semperque
virginis Mariæ inimicus. Atque vti nam co-
dem zelo flagrant omnes, qui hoc æuo in au-
thores & libros similis fatinæ incidunt, simul-
que curarent, vt istiusmodi scripta omnia, quæ
ad Christi sanctorumque ignominiam & bo-
norum offensionem faciunt, omninò explo-
derentæ abolerent.

*Iohannes Zonaras tom 3. Annalium in Constantino
Copton & Eutropius libro 22. rerum Romana-
rum, in vita Copronymi, De Constantino Coprony-
mo Cesare ob illatam Mariæ iniuriam porticidæ
castigatio.*

CAP. XI.

Imperator Constantinus Copronymus, ad-
rō in Mariam petulans atque conuictiosus
era, vt illius honori publicè detraheret, eamq;
tam imbecillem faceret, quæ nulli mortalium
posset opitulari. Quid autem illius morte fu-
nestius quid acerbius & violentius? Cum iam
Deo & hominibus esset inuisus, sub mortem
carbunculi pedes eius inuaserant, & ardentis-
simis febribus rebatur, quarum nullum à me-

M + dicit

248 COLLATION. SACRAR.
dicis remedium poterat excogitari, & elo-
phantia morbus accedebat, & in extremam
animi desperationem deuenit, ut hinc mi-
serabiliter vociferaretur, se viuentem etiam
propter Mariam Deiparam igni inextinguibili
traditum, in eumque coniectum esse. Tum
morbi coeuntes, tam dici cruciatus velut bla-
sphemiam ministri blasphemum Caesarem perdes-
runt.

*Nicephorus Callistus li. 18. cap. 33. histor. Eccl. de
de vindicata diuinitus quorundam in Vrgu-
m. urem blasphemiam.*

CAP. XII.

CVM Caesar Mauritius imperaret, Graeci
quidam siue gentiles, ut sit, in campo
na suauiter compotabant, & lepidi, scilicet
esse non poterant, nisi inter compotandum
conuictis in Mariam iactis impure certarent.
En verò tibi æquum in Mariaua causa vindi-
cetur Deum, qui præcipuos huius nefariz con-
certationis authores, ut ne vnus quidem bla-
phemus euaserit, potenter arripuit, prostrauit, op-
pressit, deleuit, rectaque ad inferos misit per-
petuo excruciantos. Hospes autem & Domi-
nus ædium, in quibus blasphemii conuentus
ab hac diuina punitione vix mansit immuni-
præsertim, quod is conuientia potius, quam
ut cæteri, ex destinata malitia deliquisset. Cum
nō multò post nocte dormienti Dei mater ad-
stare visa est, illique in memoriam reuocantem
quod